

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Distinct. XXVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

Atq; vt cōfutantes Arrium, vnu eandēq; Trinitatis dicim⁹ esse essentiam vel substantiā, & Deū vnum in trib⁹ personis fatemur: ita etiā impietatem Sabellii declinantes, tres personas expressas sub proprietate distinguimus: non ipsum sibi patrem, ipsum sibi filium, ipsum sibi spiritū S. esse dicentes, aliam patris, aliam filii, aliam spiritus S. esse personam. Non n. nomina tantummodo, sed etiā nominum proprietates, id est, personas, velut Græci exprimunt hypostases, id est, subsistentias confitemur. Nec pater filii, vel spiritus sancti personam aliquando excludit nec filius, & spiritus S. patris nomen personamq; recipit: sed pater semper pater, & filius semper filius, vel spiritus sancti semper spiritus sanctus. Itaq; substantia vnum sunt, sed personas ac nominibus distinguuntur. Ecce hic aperte dicit Hieron. proprietates esse personas, & personas esse substantias. Vnde manifestum fit, quod diximus, scil. personæ nomine significari & hypostasim & proprietatem. Ioannes etiam Damasc. personas dicit esse hypostases, & eas dicentes, ita inquiens: In Deitate vnam naturam contemnur, & tres hypostases secundum veritatem entes, id est, personas:

Lib. 3. de orthodoxa fide. nec c. 5. in principio.

DE PROPRIETATIBVS PERSONARVM, sed prius de hoc nomine hypostasis.

DISTINCT. XXVI.

NVNC de proprietatibus personarū, quas frequenter in hoc tractatu eommemorauimus, aliquid loqui nos oportet. Sed primum audiam⁹ quid de hoc nomine hypostasis Hiero. dicit: Ait n. sub hoc nomine venenum latere, sed hoc dicit secundum quod haeretici eo utrebantur ut simplices seducerent, scil. pro persona & pro essentia, vt siue diceretur vna tantum hypostasis, siue tres, min⁹ peritos ad inconueniens deducerent, cum non erat

erat hoc nomen ita apud Catholicos vulgatum,
ne sita eius significatio determinata ut modo. Et ideo Hier. dicit hoc nomine non utendum fore in distinctione vel expositione, tunc scil. quando cum hereticis contendebatur, ita scribens de fide Catholica ad Damas Papam, ab Arrianorum presule hypostation nouellum nomen à me homine Romano exigitur. Interrogamus, quid tres hypostases arbitretur intelligi tres personas subsistentes a iunctu. Respondemus nos ita credere. Non sufficit eis sensus: ipsum nomine efflagitant: quia nescio quid veneni in syllabis latet. Claimamus: Si quis tres hypostases, i.e. tres subsistentes personas non confiteretur, anathema sit. Si qui autem hypostasim viciā intelligens, non tribus personis una hypostasim dicit, alienus a Christo est: qui scilicet tres hypostases dicens sub nomine pietatis tres naturas conatur afferere. Sufficiat nobis dicere unam substantiam & tres personas perfectas & quales: taceamus tres hypostases, si placet. Nomen hoc non bona suspicione est, cum in eodem verbo sensus dissentiunt. Aut si recte putatis, tres hypostases cum interpretationib[us] suis debere dicere, non negamus. Sed mihi credite, venenū sub melle latet. Transfiguratus se angelus Satanus in angelū lucis. His verbis non negat utendum esse nomine hypostasis, sed hereticos eo prauēulos ostendit: contra quos cautela opus erat in distinctione significationis: alioquin fibi contradicere et, qui supra tres hypostases confiteretur.

Hier. ad mediū epist. ad Dam. 10. 2.

Ibid. paulo, inferius.

De proprietatibus personarum, & de nominibus eorum relatiis.

B

IAM de proprietatibus personarum videamus (quæ etiam notiones sive relationes in scriptura plerunque dicuntur) in illa sancta Trinitate: quæ ideo à nobis repetitur, ut cordi nostro tenacior insigatur. Ait Augustinus in libro de fide ad Petrum: aliud est finis.

K 4 genu-

**Cap. 2. eius-
dē in prin.**

genuisse, quam natū esse: aliudque est procedere, quā genuisse vel natum esse. Vnde manifestum est, q̄ alius est pater, ali⁹ filius, ali⁹ spiritus S. Et est proprium soli⁹ patris, nō quia non est natus ipse, sed qui a vnum filium genuerit. p̄priumq; soli⁹ filii, nō quia ipse nō genuit, sed quia de patris essentia natus est. p̄prium vero spiritus S. est, non quia nec natus est ipse, nec genuit, sed quia solus de patre filioq; p̄cedit. Ecce breuiter assignauit tres p̄prietates trium personarum: quarum vna non est alia. Hoc enim significauit cum dixit: Aliud est genuisse quam natum esse: aliudque p̄cedere, id est, alia proprietas, siue notio est generatio, & alia nativitas, alia processio, quæ alius nominibus dicuntur paternitas, filiatio. Has proprietates designant nomina personarum, scilicet pater, fili⁹, & spiritus S. quæ relatiuæ sunt, & ad se inuicem dicuntur, quia notant relationes, quæ non sunt Deo accidentales, sed in ipsis personis ab æterno suntim mutabiliter: vt non modo appellations sint relationes, sed etiam relationes siue notiones in rebus ipsis, scilicet in personis sint.

*Hic de nomi-
nibus relati-
uis qua no-
tant ipsas re-
lationes.*

Quod non omnia quæ de Deo dicuntur, secundum substanciam dicuntur: quædam enim secundum relationem dicuntur, nihil tamen secundum accidens.

**Cap. 4. ad
finem.**

**Lib. eod.
q. s. in prin.**

QVOCIRCA sciendum est, nō omne q; dicitur de Deo, dici secundum substantiam: quia quædam dicuntur secundum relationem, quæ nō est accidentes, quia nō est mutabilis. Vnde Aug. in v. lib. de Trinitate: Nihil in Deo secundum accidentes dicitur, quia nihil ei accedit. Nec tamē omne quod dicitur, secundum substantiam de Deo dicitur. In rebus creatis atque mutabilibus, q; non secundum substantiam dicitur, restat ut secundum accidentes dicatur. In Deo autē nihil quidē secundum accidentis dicitur.

tur, quia nihil in eo mutabile est aut amissibile; nec tamen omne quod dicitur de Deo, secundum substantiam dicitur. dicitur nam ad aliquid, sicut pater ad filium, & filius ad patrem, quod non est accidentes: quia & ille semper est pater, & ille semper est filius, & ita semper: quia semper natus est filius, nec coepit unquam esse filius. Quod si aliquando esse coepisset, aut aliquando desineret esse filius, secundum accidentes dicentur. Et quia pater non dicitur pater, nisi ex eo quod est eius filius, & filius non dicitur filius, nisi ex eo quod habet patrem, non secundum substantiam haec dicuntur, sed ad inuidem ista dicuntur: neque tamen secundum accidentem: quia & quod dicitur pater, & quod dicitur filius, & aeternum atque incommutabile est eis. Ecce aperte his verbis ostenditur, quaedam secundum relationem, nihil tamen secundum accidentem. Ostenditur etiam proprietas patris esse, quod habet filium: & proprietas filii, quod habet patrem. Ideoque cum dicatur aeternum & incommutabile esse quod pater dicitur, & quod filius dicitur, ita intelligi voluit, id est, proprietas qua pater est pater, & proprietas qua filius est filius, aeterna est & incommutabilis: quia & pater semper pater, & filius semper filius. Vnde & Hilar. *Hilar. ante proprietates personarum assignans de Trinit. ait: medium 12.* Si semper patri proprium est, quod semper est pater. *Ibid. paulo* necesse est semper filio proprium esse quod *Ibid. linea* semper est filius. Vbi enim semper pater est, semper superius. per & filius est: ergo qui non semper pater est, non *Ibid. linea* semper genuit. Item in eodem: Nato Deo manifestum est proprium esse quod filius est. *Ibid. paulo superiore.*

*Quare dicatur esse proprium unigeniti quod est
filius Dei, cum etiam homines sint
filii Dei.*

D

HIC queritur, quomodo dicatur proprium nato Deo, quod est Dei filius vel genitus ex Deo, cum etiam homines filii Dei digantur & sint: secundum

K 5 illud

*Psalm. 81:
Exod. 4.f.*

illud, Filii excelsi omnes. Et ad Mosen de populo Israël Dominus ait. Filius me⁹ primogenit⁹ Israël. Sed magna est dicituria. Homines n. filii Dei sunt factura, non nativitatis proprietate: Deus autem filius originis, proprietate filius est & veritate nativitatis, non factura, vel adoptione: & illi quidē ante sunt, q̄ filii Dei sunt. Fūnt n. filii, nō nascuntur filii Dei. Vnde Hilar. solum Deum natum origi-

*Non longe. à
principio li.
12. ad Eph.*

2. a.

nas proprieitate Dei filium ostendēs, inter ipsum & homines filios Dei eudentissimè distinguit in 12.li.de Trin. ita dicens: Vero patri solus qui ex eo nascitur verē filius est, & nos quidem filii Dei sumus, sed per facturam. Fuimus n. aliquando filii iracundiæ, sed filii Dei per adoptionem effetti sumus potius quā nascimur: & quia omne q̄ fit antequam fuit non fuit, nos cum filii non fuissimus, efficiuntur. Ante n. filii non eramus, sed per gratiā facti sumus, non nati, neque generati, sed acquisiti. Acquisiuit n. nos Deus sibi, & per hoc dicitur

*Ibid. paulo
intermed. s.*

nos genuisse. Genuisse n. Deum filios, nunquā cum proprietatis significatione cognoscimus d.c.i. Ex adoptione n. homo factus filius Dei, non ex generatione, neq; ei proprietas est, sed nuncupatio, ac per id nō vere filius est, quia nec proprius natus dicitur, nec semper fuit filius. Vnigenitus autē Deus nec fuit aliquando non filius, nec fuit aliquid ante quam filius, nec quicquam ipse nisi filius. Atque ita qui semper est filius, nascibilitatis proprietate ac veritate filius est solius qui genuit, & ille tantū qui genuit pater ipsius est, quia sicut ille filius origine, ita ille pater generatione.

*Ibid. fece
immed. atq.*

*Quod homo dicitur filius Trinitatis, & Trinitas potest
dici pater hominum.*

*Cap. 11. ad
principium*

Homo vero, qui filius Dei est factura, nō tantū patris, sed filii, & spir. sancti filius est, id est totius Trinitatis: & Trinitas ipsa pater eius d.c.i. po. est. Vnde Augustinus in 5. libr. de Trinitate. e.dicit: Non

potest

potest dici Trinitas pater, nisi forte translatius ad creaturam propter adoptionem filiorum. Quod enim scriptum est. Audi Israel, Dominus Deus tuus, Deus unus, non utique excepto filio aut spiritu S. oportet intelligi: quoniam unum Dominum Deum nostrum recte dicimus etiam patrem nostrum per gratiam suam nos regenerantem. De hoc etiam Hilar. in 6. lib. de Trin. ait: Omnibus per fidem Deus pater est, qui bus est pater per eam fidem, quia Iesum Christum Dei filium confitemur: Ecce ostensum est, quare proprium dicitur esse Dei nati, quod filius est, quia scilicet ipse solus natus proprius dicitur. Vnde Hilar. in 1. de Trin. ait: Dominus dicens, clarifica filium tuum non solo nomine contestatus est se esse filium, *Ioan. 17.4* sed & proprietate. Non filii Dei sumus, sed non tales sibi filii. Hic enim verus & proprius est filius: origine, non adoptione, veritate non nuncupatione, nativitate non creatione.

Quod spiritus sanctus dicitur proprio donum Dei, quae proprietate est donum, ut filius nativitate: & utroque modo dicitur relativè & secundum eandem relationem.

nem.

F

Ita etiam de spiritu S. dicendum est, qui proprius dicitur donum Dei, cum tamen & alia plura sint dona Dei. Sed spiritus S. in proprietate immutabilis & aeterna donum est, sicut filius proprietate est filius. Eo enim dicitur donum, quo spiritus S. & utroque utique nomine relativè dicitur, eademque relatione dicitur spiritus S. & donum, licet ipsa relatio non ita appareat hoc nomine spiritus S. sicut in hoc nomine donum. Vnde August. in v. li. *Cap. vi. in de Trinit. ait: spiritus sanctus qui non est Trinitas, sed in Trinitate intelligitur, in eo quod proprius dicitur spiritus sanctus, relativè dicitur, cum ad patrem & filium referatur: quia spiritus sanctus, & patris, & filii, spiritus est, sed ipsa relatio non appa-*

Cap. eodem **II. paulo in-** **ferius.** **apparet in hoc nomine: apparet autem cū dicitur**
donum Dei. Donum n. est patris & filii, quia à pa-
tre procedit, & à filio: ergo spiritus S. ineffabilisquæ
dami patris filiiq; communio est. Et ideo fortasse
sic appellatur ut iam diximus, nec iterare piget qā
patri & filio potest eadem appellatio conuenire,
nam hoc ipse propriæ dicitur, quod illi commu-
niter quia etiam pater spiritus, & filius spiritus; &
pater sanctus, & filius sanctus. Ut ergo ex nomine
qā utriq; conuenit, utriusq; cōmunio significetur,
vocatur donum amborum spiritus S. Ecce habes
quare spiritus S. propriæ dicitur donum, & quod
relatiue dicitur, siue donum, siue Spiritus sanctus:
& quod nomen sibi proprium tenet, quod cōmu-
niter patri & filio conuenit, sed diuisim. Et est scie-
dum quod cum pater vel filius dicitur spiritus si-
ue sanctus, neutrum relatiue dicitur, sed secun-
dum substantiam.

*An pater, vel filius, vel Trinitas ipsa possit dici
spiritus sanctus.*

G

Cap. II. fere
ad principia-
pium.

Iean. 4. ca.

Ibid. conti-
natio.

HIC queri potest, vtrum pater vel filius vele-
tiam ipsa Trinitas possit dici spiritus sanctus, si-
cuit disiunctim dicitur & spiritus & S. De hoc Aug.
in 5. libr. de Trin. sic ait: Trinitas nullo modo po-
test dici filius: Spiritus vero sanctus potest quidē
vniuersaliter dici, secundum id quod scriptum est:
Quoniam Deus spiritus est. Itaque pater & filius &
spiritus sanctus quoniam unus Deus est, & utiq;
Deus sanctus est, & Deus spiritus est, potest appel-
lari Trinit. & spiritus sanctus. Sed tamen tunc spi-
ritus sanctus relatiue non dicitur secundum
essentiam; quia propriæ spiritus san-
ctus qui non est Trinitas, sed in
Trinitate, dicitur rela-
tiue.

Quidam

Quidam putant spiritum sanctum non dici relativè ad patrem & filium, quia non vicissim respondent sibi vocabula, sed falso. H

QVIDAM tamen putant spiritum S. vel donū, nō dici relativè ad patrem vel ad filium. Si enim, inquiunt, hæc relative ad se dicuntur, suis inuicē sibi respondent vocabulis: ut sicut dicitur, pater filii pater, & fili⁹ patris fili⁹, ita dicatur pater spiritus S. vel doni pater, & spiritus S. vel donum patris spiritus vel donum. Sed non ita est in omnib. relativis. Nō enim omnia quæ relativè dicuntur, suis ad se inuicē respondent vocabulis. Vnde Aug. horum elidens opinionem in v. lib. de Trinit. Nō Cap. 12. in te moueat, inquit, quoniam diximus Spiritum S. principio. non ipsam Trinitatem, sed eum qui est in Trinitate, relativè dici, licet non ei respondeat vicissim vocabulum eius ad quem refertur. Dicim⁹ enīma spiritum S. patris, sed non vicissim dicimus patrē spiritus sancti, ne filius eius intelligatur spiritus sanctus. Item dicimus spiritum sanctum filii, sed non dicimus filium spiritus sancti, ne pater eius Ibid. conseq̄ intelligatur spiritus sanctus. In multis enim relatiuis hoc contingit, ut non inueniatur vocabulum quo sibi vicissim respondeant. Cum ergo dicim⁹ donum patris & filii, non quidem possimus dicere patrem doni, aut filium doni: sed ut hæc vicissim respondeant, dicimus donum donatoris, & 21 ad finem donatorem doni: quia hic potuit inueniri usitatū Cap. 16. in vocabulum, illic nō potuit. Donum ergo donatoris, & donator doni cum dicimus, relativē Ibid. eod 3. vtrunq; ad inuicem dicimus, donator tamen non fuit Deus, nisi ex tempore, cum spiritus sanctus sit donum, & ab æterno. (. . .)

AN